AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 169v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aliquanto diligentius atq;
abstrusius ꝑscrutabimur.
Dici enim potest n̄ perire
istam trinitatem. etiā cum
fides ipsa transierit. quia
sicut nunc eam et memoria
tenemus. et cogitatione
cernimur. et uoluntate di
ligimus. ita etiam tē cum
eam nos habuisse memoria
tenebimus. et recolemus.
et hoc utrūq; tertia uolun
tate iungimus. eadē tri
nitas ꝑmanebit. Qm̄ si
nullum in nobis quasi uesti
gium transiens reliquerit
ꝑfecto nec in memoria
nr̄a eis aliquid habebimus.
quo recurram̄ eam prete
ritū recordantes. Atq; id
utrumq; intentione t̄tia
copulantes. et quod erat
scilicet in memoriā. n̄ inde
cogitantib; nobis. et quod
inde cogitatione formatur.
Sed qui hoc dicit non di
scernit aliam nunc eē tri
nitatē. Quando p̄sentē fidē
tenemus. amamus in nobis
aliam tunc futuram. q̄ndo
non ipsam sed eius uelut
imaginarū uestigium in
memoria reconditū. recor
datione contuebim̄. Et dū
hoc id ē quod erat in me
moria retinentis. et q̄d inde
imprimitur in acie recor
dantis. tertia uoluntate
iungimus. Q d̄ ut possit
intellegi sumam̄ exemplū
de corporalib; rebus. De q̄b;
in libro undecimo satis lo
cuti sumus. Nempe ab in
ferioribus ad superiora ascen
dentes. ut ab exterioribus in
teriora ad gredientes. p̄mā
repperimus trinitatē in cor
poream. quod inde et acies
uidentis que cū uidet inde
formatur. et uoluntati in
tentione que utrūq; con
iungit. huic trinitati si
milem constituamus. cū
fides que nunc inest nobi
tā quam corpus illud ī loco
ita in nr̄a memoria consti
tuta ē. De qua informetur
cogitatio recordantis. sic
ex illo corpore acies intu
entis. Quib; duob; ut tri
nitas impleatur. ad nume
ratur tertia uoluntas que
fidem in memoria consti
tuta. et quandā ei effigiem